Hesperis hortensis, flore vario, pleno H. L. Bat. *Juliane à fleur double panachée.*

Hesperis montana, pallida, odoratissima C. B. Pin. 201. *Hesperis colore ineleganti J. B.* 2. 879. *Hesperis* 1. *Clus. Hist.* 296.

Hesperis sylvestris, inodora C. B. Pin. 202. *Hesperis Pannonica, inodora J. B.* 2. 878. *Hesperis* 3. *Clus. Hist.* 297.

Hesperis peregrina, siliquis articularis C. B. Pin. 202. *Hesperis Syriaca Cam. Hort. Tab. xix. J. B.* 2. 879.

Hesperis Allium redolens Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 252. *Alliaria Matth.* 843. *J. B.* 2. 883.

Hesperis lutea, siliquis strictissimis. *Draba lutea, siliquis strictissimis C. B. Pin.* 110. *Arabis à quibusdam dicta planta Cam. Epit.* 342. *Draba lutea quibusdam J. B.* 2. 870.

Hesperis Leucoii folio non serrato, siliquâ quadrangulâ. *Leucoium luteum, sylvestre, angustifolium C. B. Pin.* 202. *Leucoium luteum, sylvestre Clusii J. B.* 2. 873. *Leucoium sylvestre Tabern. Icon.* 319.

Hesperis Leucoii folio serrato, siliquâ quadrangulâ. *Leucoium luteum montanum, serrato folio C. B. Pin.* 202. *Leucoium luteum, sylvestre, Pannonicum, serrato folio obtuso & acuto J. B.* 2. 873. *Leucoio giallo, montano Pon. Bald. Ital.* 232.

Hesperis siliquâ corniculatâ, flore obsoleto C. B. Pin. 202. *Leucoium corniculatum, saxatile, obsoleto flore Col. Part.* 1. 262.

Hesperis maritima, supina, exigua. *Leucoium marinum, parvum, folio virente, crassiusculo J. B.* 2. 877.

Hesperis sylvestris, parvo flore C. B. Pin. 202. *Prodr.* 103.

Hesperis maritima, angustifolia, incana. *Leucoium maritimum, angustifolium C. B. Pin.* 201. *J. B.* 2. 876. *Leucoium marinum, minus Clus. Hist.* 298.

Hesperis Africana, villosa, flore cæruleo. *Leucoium Africanum, cæruleo flore, latifolium, hirsutum H. L. Bat.*

Hesperis peregrina, foliis dentatis, floribus variis. *Leucoium peregrinum, dentatis foliis, floribus purpuro-cæruleis & variis H. R. Monsp.*

Hesperis Lusitanica, angustifolia, folio dentato, purpurascente flore.

Hesperis Hispanica, foliis incisis, siliquâ lunatâ.

Hesperis maritima, latifolia, siliquâ tricuspidi. *Leucoion marinum Cam. Hort. Tab. xxiiij. Leucoio affine Tripolium Anguillare & Leucoium maritimum Camerarii J. B.* 2. 876.

Hesperis Sicula, frutescens, siliquâ tricuspidi. *Leucoium minus, fruticans, purpureum, montanum, crucigerum Bocc. Mus. Part.* 2. 138. *Tab.* 111.

Hesperis Sicula, Coronopi folio, siliquâ tricuspidi. *Leucoium montanum, crucigerum, Coronopi folio Bocc. Mus. Part.* 2. 147. *Tab.* 111.

Hesperis Africana, major, flore cæruleo, Coronopi folio. *Leucoium Africanum, cæruleo flore, angusto Coronopi folio, majus H. L. Bat.*

Hesperis Africana, minor, flore cæruleo, Coronopi folio. *Leucoium Africanum, cæruleo flore, angusto Coronopi folio, minus H. L. Bat.*

Hesperis differt à Leucoio siliquis cylindraceis, seminibusque tumescentibus, non marginatis quæ in septi intermedii scrobiculi veluti nidulantur.

## GENUS IV.

### *Turritis.*

TURRITIS differt ab Hesperide siliquis planis: à Leucoio seminibus non marginatis: à Brassica, tum facie, tum siliquis planis.

Turritidis species sunt

Turritis Lob. Icon. 220. *Brassica sylvestris, hispida non ramosa C. B. Pin.* 112. *Edit.* 2. *Brassica sylvestris, foliis integris & hispidis C. B. Pin.* 112. *Edit.* 1. *Turritis vulgatior J. B.* 2. 836.

Turritis minor Bot. Monsp.

Turritis vulgaris, ramosa. *Bursa pastoris similis, siliquosa, major, seu majoribus foliis C. B. Pin.* 108. *Pilosella siliquata D. Thal. Tab. vij. Bursa pastoria sive Pilosella siliquosa J. B.* 2. 870.

Turritis Leucoii folio. *Myagrum siliqua longâ C. B. Pin.* 109. *Myagro affinis planta, siliquis longis J. B.* 2. 894. *Myagrum* 11. *Lobelii Tabern. Icon.* 866.

Turritis Alpina, foliis incisis. *Nasturtium Alpinum, insipidum C. B. Pin.* 105. *Cardamine insipida F. Gregorii Col. Part.* 2. 69.

Turritis foliis inferioribus Cichoraceis, cæteris Perfoliatæ. *Brassica sylvestris foliis circa radicem Cichoraceis C. B. Pin.* 112. *Sinapi album Lugd.* 1168.

Turritis annua, verna, flore purpurascente. *Leucoium maritimum, latifolium C. B. Pin.* 201. *Leucoium maritimum, latifolium, flore cæruleo-purpurante J. B.* 201. *Leucoium marinum, cæruleo-purpureum Tabern. Icon.* 311.

## GENUS V.

### *Cardamine.*

Tab. 109. CARDAMINE est plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor scilicet petalis B, constante: ex cujus calyce C, surgit pistillum D, quod deinde abit in fructum seu siliquam E F, septo intermedio G K, cui valvæ H I, utrinque adhærescunt, in duo loculamenta divisam, seminibusque fœtam plerumque orbiculatis L. His notis addi debet valvas H I, per maturitatem helicis in modum revolvi & semina cum impetu excutere.

Cardamines species sunt

Cardamine pratensis, magno flore purpurascente. *Nasturtium pratense, magno flore C. B. Pin.* 104. *Iberis Fuchsii sive Nasturtium pratense, sylvestre J. B.* 2. 899. *Flos Cuculi Dod. Pempt.* 592.

Cardamine pratensis, magno flore albo. *Nasturtium pratense, magno flore prorsus albo C. B. Pin.* 194.

Cardamine pratensis, magno flore pleno. *Nasturtium pratense, flore pleno C. B. Pin.* 104. *Iberis Fuchsii sive Nasturtium pratense, flore pleno J. B.* 2. 889. *Cardamine altera, pleno flore Clus. Hist. cxxix.*

Cardamine pratensis, parvo flore. *Nasturtium pratense, parvo flore C. B. Pin.* 104. *Prodr.* 44.

Cardamine annua, exiguo flore. *Sisymbrii Cardamine, species quædam insipida J. B.* 2. 886. *Sium minimum P. Alp. Exot.* 331.

Cardamine Sicula, foliis Fumariæ. *Sio minimo Prosperi Alpini affinis, siliquis latis Boce. Rarior. Plant.* 84.

Cardamine iv Dalechampii Lugd. 659. *Nasturtium aquaticum, minus C. B. Pin.* 104. *Sisymbrium Cardamine hirsutum, minus, flore albo J. B.* 2. 888.

Cardamine flore majore, elatior. *Sisymbrium Cardamine sive Nasturtium aquaticum, flore majore, elatius J. B. Pin.* 104. *Nasturtium aquaticum, majus & amarum C. B. Pin.* 104. *Nasturtium aquaticum, erectum, folio longiore Ejusd.*

Cardamine

Cardamine Alpina, minor, Resedæ foliis. *Nasturtium Alpinum, minus, Resedæ foliis C. B. Pin.* 104. *Prodr.* 45.

Cardamine montana, Asari folio. *Nasturtium montanum, Asari folio Bocc. Rarior. Plant.* 5.

Cardamine hirsuta, Chelidonii folio, flore purpurascente. *Sinapi agreste, flore purpureo J. B.* 2. 866. *Sinapi alterum, agreste, nostras Col. Phytob.* 25.

Cardamine glabra, Chelidonii folio. *Nasturtium Alpinum, Halicacabi peregrini foliis Ambros.* 374.

Cardamine Alpina, 1. trifolia Clus. Hist. cxxvij. *Nasturtium Alpinum, trifolium C. B. Pin.* 104. *Iberidi Fuchsii affinis, trifolia Cardamine J. B.* 2. 890.

Cardamine Africana, trifolia. *Nasturtium foliis ternis, facie Christophoriana Par. Bat.*

Cardamine à Cardamo, quasi planta ad Cardamum seu Nasturtium accedens.

## GENUS VI.

### Dentaria. *Dentaire.*

DENTARIA est plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor scilicet petalis B, constante: ex cujus calyce C, surgit pistillum D, quod deinde abit in fructum EF, seu siliquam septo intermedio G, cui valvæ HI, utrinque adhærescunt, in duo loculamenta divisam, seminibusque fœtam K, plerumque subrotundis. His notis non tantùm addi debet valvas HI, per maturitatem helicis in modum revolvi & cum impetu semina excutere; sed radices etiam L, carnosas esse, squamata, ac veluti dentibus incidi. *Tab.* 118.

Dentariæ species sunt

Dentaria heptaphyllos C. B. Pin. 322. *Coralloides altera sive septifolia J. B.* 2. 899. *Viola dentaria, altera Dod. Pempt.* 162.

Dentaria pentaphyllos, foliis mollioribus C. B. Pin. 322. *Dentaria quinquefolia J. B.* 2. 900. *Viola Dentaria, prima Dod. Pempt.* 162. *Dentaria vij,* πεντάφυλλος, *ij Clus. Hist. cxxij.*

Dentaria pentaphyllos, foliis asperis C. B. Pin. 322. *Coralloides prima, quinquefolia J. B.* 2. 900. *Dentaria vj,* πεντάφυλλος, 1. *Clus. Hist. cxxij.*

Dentaria heptaphyllos, baccifera C. B. Pin. 322. *Coralloides minor, bulbifera J. B.* 2. 902. *Dentaria iiij, baccifera Clus. Hist. cxxj.*

Dentaria triphyllos C. B. Pin. 322. *Coralloides enneaphyllos Clusii J. B.* 2. 902. *Dentaria v,* τρίφυλλος, *Clus. Hist. cxxj. Ceratia Plinii Col. Part.* 1. 307.

Dentaria enneaphyllos, montis aurei H. R. Par.

Dentaria à radicum formâ, quæ veluti dentibus inciduntur.

## GENUS VII.

### *Sisymbrium.*

SISYMBRIUM est plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor scilicet petalis B, constante: ex cujus calyce C, surgit pistillum D, quod deinde abit in *Tab.* 109.

fructum seu siliquam E, septo intermedio F, cui valvæ GH, utrinque adhærescunt, in duo loculamenta divisam, seminibusque fœtam I, ut plurimùm subrotundis. His notis addenda est facies quædam speciebus hujus generis propria.

Sisymbrii species sunt

Sisymbrium aquaticum Matth. 487. *Nasturtium aquaticum, supinum C. B. Pin.* 104. *Sisymbrium Cardamine, sive Nasturtium aquaticum J. B.* 4. 884. *Cresson d'eau.*

Sisymbrium Pyrenaicum, latifolium, purpurascente flore. *Nasturtium Pyrenaicum, aquaticum Par. Bat.*

Sisymbrium Erucæ folio glabro, flore luteo. *Eruca lutea, latifolia, sive Barbarea C. B. Pin.* 98. *Barbarea J. B.* 2. 868. *Dod. Pempt.* 712.

Sisymbrium Erucæ folio glabro; minus & præcocius.

Sisymbrium Erucæ folio glabro, flore pleno. *Eruca lutea sive Barbarea, pleno flore C. B. Pin.* 99.

Sisymbrium Erucæ folio aspero, flore luteo. *Leucoium luteum, Erucæ folio C. B. Pin.* 201. *Leucoium terrestre, majus Col. Part.* 1. 262.

Sisymbrium aquaticum, Raphani folio, siliquâ breviori. *Raphanus aquaticus, alter C. B. Pin. Edit.* 1. 97. *Prodr.* 38. *Raphanus aquaticus, Rapistri folio C. B. Pin. Edit.* 2. 97. *Rapistrum aquaticum Tabern. Icon.* 408.

Sisymbrium aquaticum, Raphani folio variegato, siliquâ breviori. *Raphanus aquaticus, alter, foliis variegatis H. R. Par.*

Sisymbrium aquaticum, foliis in profundas licinias divisis, siliquâ breviori. *Raphanus aquaticus, foliis in profundas lacinias divisis C. B. Pin.* 97. *Prod.* 38.

Sisymbrium palustre, repens, Nasturtii folio. *Eruca palustris & Nasturtii folio, siliquâ oblongâ C. B. Pin.* 98. *Eruca palustris, minor Tabern. Icon.* 447. *Eruca quibusdam sylvestris, repens, flosculo luteo J. B.* 2. 866.

Sisymbrium palustre, minus, siliquâ asperâ. *Sinapi parvum, siliquâ asperâ C. B. Pin.* 99. *Prodr.* 41. *Sinapi Monspessulanum, siliquâ asperâ, hirsutâ J. B.* 2. 858.

Sisymbrium palustre, minus, siliquâ glabrâ. *Sium tenuifolium, montanum, luteum Col. Part.* 1. 269.

Sisymbrium annuum, Absinthii minoris folio. *Nasturtium sylvestre, tenuissimè divisum C. B. Pin.* 105. *Seriphium Germanicum sive Sophia quibusdam J. B.* 2. 886. *Sophia Chirurgorum Lob. Icon.* 738.

Sisymbrium differt à Cardamine valvis fructûs vi elasticâ destitutis, à Leucoio verò, brassicâ, & cæteris, facie sibi propriâ.

## GENUS VIII.

### Eruca. *Roquette.*

Tab. III. ERUCA est plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor scilicet petalis B, constante: ex cujus calyce C, surgit pistillum D, quod deinde abit in fructum E, seu siliquam, septo intermedio F, cui valvæ GH, utrinque adhærescunt,

in duo loculamenta divisam, seminibusque fœtam ut plurimùm subrotundis I. His notis addenda est sapor Erucæ proprius.

Erucæ species sunt

Eruca latifolia, alba, sativa Dioscoridis C. B. Pin. 98. *Eruca major, sativa, annua, flore albo, striato J. B. 2. 857. Eruca sativa Dod. Pempt. 708.*

Eruca sativa, foliis magis dissectis H. Edimb.

Eruca Romana seu Gentilis, siliquâ angustâ, folio lato J. B. 2. 860.

Eruca Bellidis folio Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 251.

Eruca tenuifolia, perennis, flore luteo J. B. 2. 861.

Eruca sylvestris, major, lutea, caule aspero C. B. Pin. 98. *Eruca sylvestris Dod. Pempt. 708.*

Eruca sylvestris, minor, lutea, Bursæ pastoris folio C. B. Pin. 98. *Prodr. 39. Eruca minimo flore, Monspeliensis J. B. 2. 862. Eruca Sicula, Bursa pastoris folio Bocc. Rarior. Plant. 18.*

Eruca Tanacetifolia H. R. Par. *Eruca Indiana con foglie di Tanaceto Zan. 86. Eruca Tanaceti foliis Mor. H. R. Bles.*

Eruca ab erodendo, propter saporem acerrimum.

## GENUS X.

### Sinapi. *Moutarde.*

SINAPI est plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor scilicet petalis B, constante: ex cujus calyce C, surgit pistillum D, quod deinde abit in fructum seu siliquam E F, septo intermedio G L, (cui valvæ H I, M N, utrinque adhærescunt) in duo loculamenta divisam, seminibus fœtam ut plurimùm subrotundis K P, & in cornu quoddam fungosum O, consimili semine prægnans, plerumque desinentem. His notis addendus est sapor acris & fervidus Sinapi proprius. *Tab. 112.*

Sinapi species sunt.

Sinapi Rapi folio C. B. Pin. 99. *Sinapi siliquâ latiusculâ, glabrâ, semine rufo sive vulgare J. B. 2. 855. Sinapi sativum, prius Dod. Pempt. 706.*

Sinapi album, siliquâ hirsutâ, semine albo & rufo J. B. 2. 856. *Sinapi Apii folio C. B. Pin. 99. & Sinapi hortense, semine albo Ejusd. Sinapi sativum, alterum Dod. Pempt. 707.*

Sinapi arvense, præcox, semine nigro Mor. Hist. Oxon. Part. 2. 216. *Rapistrum flore luteo, foliis incisis vel sinuatis C. B. Pin. 95. J. B. 2. 844. Rapistrum arvorum Lob. Icon. 198.*

Sinapi arvense, præcox, semine nigro, foliis integris. *Rapistrum flore luteo, foliis non incisis C. B. Pin. 95. Rapistrum Dod. Pempt. 675.*

Sinapi Erucæ folio C. B. Pin. 99. *Sinapi Erysimo Tragi cognatum sive simile J. B. 2. 857. Sinapi sylvestre Dod. Pempt. 707.*

Sinapi Hispanicum, foliis lobatis, flore sulphurei coloris.

Sinapi Hispanicum, Nasturtii folio.

Sinapi Hispanicum, minus, Raphani folio.

Sinapi Hispanicum, pumilum, album.

Sinapi Indicum, maximum, Lactucæ folio Schol. Bot. *Sinapi Indicum, Lactucæ folio Par. Bat.*

Sinapi Indicum, Lactucæ foliis angustioribus Flor. Bat. *Sinapi Indicum, Lactucæ folio minus, seu angusto, profundius crenato Par. Bat.*

## GENUS X.

### Erysimum. *Velar* ou *Tortelle.*

Tab. 111. ERYSIMUM est plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor scilicet petalis B, constante: ex cujus calyce C, surgit pistillum D, quod deinde abit in fructum seu siliquam E I K, septo intermedio F, cui valvæ G H, utrinque adhærescunt, in duo loculamenta I, divisam, seminibusque fœtam L, ut plurimùm exiguis & rotundis. His notis addi debet facies quædam Erysimo propria.

Erysimi species sunt.

Erysimum vulgare C. B. Pin. 100. *Erysimum Tragi, flosculis luteis, juxta muros proveniens J. B.* 2. 863. *Erysimum, Irio* 1. *Tabern. Icon.* 449.

Erysimum alterum, siliquis Erucæ C. B. Pin. 101. *Erysimum ij Tabern. Icon.* 449.

Erysimum polyceration vel corniculatum C. B. Pin. 101. *Erysimum alterum Matthioli, siliquis parvis, quibusdam Dentaria J. B.* 2. 864. *Erysimum alterum, Italicum & Matthioli Lob. Icon.* 206.

Erysimum latifolium, majus, glabrum C. B. Pin. 101. *Irio Apulus alter, lævi Erucæ folio Col. Part.* 1. 265. *Sinapi sylvestre Monspessulanum, lato folio, flosculo luteo, minimo, siliquâ longissimâ J. B.* 2. 858.

Erysimum angustifolium, majus C. B. Pin. 101. *Rapistrum sylvestre, Irionis folio Col. Part.* 1. 268.

Erysimum corniculatum, Glasti folio, Pyrenaicum.

Erysimum Dentis leonis folio, perenne, Pyrenaicum. *Erysimo vero di Dioscoride Zan.* 82.

Erysimum à verbo Græco ἐρύω *salvum conservo*; propter eximias qualitates quas Erysimo tribuerunt Antiqui.

## GENUS XI.

### Rapa. *Rave.*

Tab. 113. RAPA est plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor scilicet petalis B, constante: ex cujus calyce C, surgit pistillum D, quod deinde abit in fructum seu siliquam E, septo intermedio F, cui valvæ G H, utrinque adhærescunt, in duo loculamenta divisam, seminibus fœtam L, ut plurimùm subrotundis, & in cornu quoddam fungosum I, consimili semine K, prægnans, plerumque desinentem. His notis addenda radix M N, carnosa tuberosaque.

Rapæ species sunt

Rapa sativa, rotunda, radice candidâ C. B. Pin. 89. *Rapum sativum, rotundum J. B.* 2. 858. *Rapum vulgare Dod. Pempt.* 673.

Rapa sativa, rotunda, radice obsoletè nigricante C. B. Pin. 90.

Rapa ſativa, rotunda, radice viridi C. B. Pin. 90.
Rapa ſativa, rotunda, radice puniceâ C. B. Pin. 90.
Rapa ſativa, rotunda, radice foris & intus flaveſcente C. B. Pin. 90.
Rapa ſativa, oblonga, ſeu fœmina C. B. Pin. 90. *Rapum ſativum, oblongum J. B.* 2. 838. *Rapum oblongius Dod. Pempt.* 673.
Rapa à voce Græca ῥάπυς, ſeu ῥάφυς, quæ *Rapam* etiam ſignificat.

## GENUS XII.

### Napus. *Navet.*

NAPUS eſt plantæ genus à Rapa tantùm diverſum propriâ illâ facie, quæ ab hortulanis & colonis facilè dignoſcitur: quapropter ad idem genus ſi lubeat referri poteſt.

Napi ſpecies ſunt

Napus ſativa, radice albâ C. B. Pin. 95. *Napus J. B.* 2. 842. *Dod. Pempt.* 674.
Napus ſativa, radice luteâ C. B. Pin. 95.
Napus ſativa, radice nigrâ C. B. Pin. 95.
Napus ſativa, altera, maximâ radice H. A. Par.
Napus ſylveſtris C. B. Pin. 95. *J. B.* 2. 843. *Bunias ſylveſtris, Napus flore luteo Lob. Icon.* 200.

## GENUS XIII.

### Raphanus. *Raifort.*

RAPHANUS eſt plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor ſcilicet petalis B, conſtante: ex cujus calyce C, ſurgit piſtillum D, quod deinde abit in fructum E F, ſeu ſiliquam corniformem, craſſam, ſpongioſam, duobus I, ſeminum ſubrotundorum K, ordinibus fœtam, mediaſtino tenui L, diſcretis G H. *Tab.* 114.

Raphani ſpecies ſunt

Raphanus major, orbicularis vel rotundus C. B. Pin. 96. *Raphanus ſive Radicula ſativa Dod. Pempt.* 676.
Raphanus major, orbicularis vel rotundus, floribus candidis C. B. Pin. 96.
Raphanus niger C. B. Pin. 96. & *Lob. Icon.* 202.
Raphanus minor, oblongus C. B. Pin. 96. *Raphanus J. B.* 2. 846. *Radicula ſativa, minor Dod. Pempt.* 676.

Ab eo genere excludi debent *Raphanus ruſticanus C. B. Pin.* 96. *ad Cochlearium ſpectans. Raphanus aquaticus, foliis in profundas lacinias diviſis C. B. Pin.* 97. *qui inter Siſymbrium cum ſequenti annumerandus. Raphanus aquaticus, Rapiſtri folio C. B. Pin.* 97.

Raphanus, quaſi ἐκ ῥαδίου φαίνων *facilè apparens*, ſeu velocis incrementi.

## SECTIO V.

De Herbis flore cruciformi, cujus piſtillum abit in ſiliquam articuloſam.

### GENUS I.

*Raphaniſtrum.*

Tab. 115. RAPHANISTRUM eſt plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor ſcilicet petalis B, conſtante: ex cujus calyce C, ſurgit piſtillum D, quod deinde abit in fructum E, ſeu ſiliquam articuloſam, columnæ cujuſdam faſciatæ æmulam, ſemine fœtam H, ſubrotundo, in ſingulis articulis F. G. recondito.

Raphaniſtri ſpecies ſunt

Raphaniſtrum ſiliquâ articulatâ, glabrâ, majore & minore Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 265. *Rapiſtrum alterum arvorum Park. Theat.* 863. *Rapiſtrum flore albo, ſtriato. Sinapi agreſte, album Trago J. B.* 2. 851.

Raphaniſtrum flore albo, ſtriato, ſiliquâ articulatâ, ſtriatâ minore Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 266. *Rapiſtrum album, articulatum Park. Theat.* 863.

Raphaniſtrum arvenſe, flore albo. *Lampſana Cæſalp.* 355. *Rapiſtrum flore albo, Erucæ foliis Lob. Icon.* 199.

Raphaniſtrum ſegetum, flore luteo vel pallido. *Rapiſtrum flore luteo, ſiliquâ glabrâ articulatâ Raii Hiſt.* 805.

Raphaniſtrum ſiliquâ articulatâ, ſtriatâ, maximâ Mor. Hiſt. Oxon. Part. 2. 866.

Raphaniſtrum, quaſi planta ad Raphanum accedens.

### GENUS II.

*Hypecoon.*

Tab. 115. HYPECOON eſt plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor ſcilicet petalis B C D, plerumque trifidis conſtante: ex cujus calyce E, ſurgit piſtillum F, quod deinde abit in fructum G, ſeu ſiliquam articuloſam, planam, ſemine fætam ut plurimùm reniformi K, in ſingulis articulis H I, recondito.

Hypecoi ſpecies ſunt

Hypecoon latiore folio. *Hypecoum ſiliquoſum J. B.* 2. 899. *Hypecoum C. B. Pin.* 172. *Hypecoon Dod. Pempt.* 449.

Hypecoon tenuiore folio. *Hypecoi altera ſpecies C. B. Pin.* 172. *Alterum Dioſcoridis Cuminum, ſylveſtre, ſiliquoſum Lob. Icon.* 473.

## SECTIO VI.

### De Herbis flore cruciformi, cujus piſtillum abit in ſiliquam unicapſularem.

### GENUS I.

Chelidonium. *Chelidoine* ou *Eclaire.*

CHELIDONIUM eſt plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor ſcilicet petalis B, conſtante: ex cujus calyce C, ſurgit piſtillum D, quod deinde abit in fructum ſeu ſiliquam E, unicapſularem, valvis F, feneſtræ G, adhæreſcentibus, & ſeminibus fœtam ut plurimùm ſubrotundis H. *Tab. 116.*

Chelidonii ſpecies ſunt

Chelidonium majus, vulgare C. B. Pin. 144. *Chelidonia J. B.* 3. 482. *Chelidonium majus Dod. Pempt.* 48. *Chelidoine* ou *grande Eclaire.*

Chelidonium majus, foliis quernis C. B. Pin. 144. *Chelidonium folio laciniato J. B.* 3. 483. *Chelidonium majus, laciniato flore Cluſ. Hiſt. cciij.*

Chelidonium majus, foliis quernis, variegatis H. R. Par.

Chelidonium majus, foliis & flore minutiſſimè laciniatis H. R. Par. *Orbonna di Dioſcoride, chiamata d'Alcuni Celidonia Indiana Zan.* 154.

Chelidonium vel Chelidonia, à voce Græca χελιδὼν, *Hirundo*, quaſi diceretur Hirundinis herba. Porrò creditur, Chelidoniæ nomen ſibi vindicaſſe (ut ait Dioſcorides) quòd primo ſtatim Hirundinum adventu erumpat, earumdemque diceſſu marceſcat. Sunt & qui tradiderint, ſi quis ex Hirundinum pullis excæcatus fuerit, matres admotâ herbâ illius cæcitati mederi, adeóque viſum reſtituere. *Lib. 2. cap. 27.*

### GENUS II.

*Sinapiſtrum.*

SINAPISTRUM eſt plantæ genus, flore A, ferè cruciformi, quatuor ſcilicet petalis B, conſtante: ex cujus calyce C, ſurgit piſtillum D, quod deinde abit in fructum ſeu ſiliquam E, cylindraceam, bivalvem G H, & ſeminibus fœtam F, ut plurimùm ſubrotundis I. *Tab. 116.*

Sinapiſtri ſpecies ſunt

Sinapiſtrum Ægyptiacum, heptaphyllum, flore carneo, majus ſpinoſum H. L. Bat. *Pentaphyllum peregrinum, ſiliquoſum, bivalve, majus Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 288. *Lupinus Ægyptius ſylveſtris Veſling. in P. Alp.* 70.

Sinapiſtrum indicum, pentaphyllum, flore carneo, minus, non ſpinoſum H. L. Bat. *Pentaphyllum peregrinum, ſiliquoſum, bivalve, minus Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 2. 288. *Quinquefolium ſiliquoſum P. Alp. Exot.* 322.

Sinapiſtrum indicum, triphyllum, flore carneo, non ſpinoſum H. L. Bat.

Sinapistrum Americanum, frutescens, triphyllum, Nasturtii sapore Plum.

Sinapistrum Lusitanicum, triphyllum, flore rubro, siliquis corniculatis. *Trifolium Lusitanicum, bivalve, flore rubro Mor. Hist. Oxon. Part.* 2. 289. *Trifolium Lusitanicum, corniculatum, flore rubro Park. Theat.* 1103. & 1687.

Lotus sylvestris ex Codice Cæsareo Dod. Pempt. 572. Sinapistri species videtur.

## GENUS III.

*Epimedium.*

Tab. 117. EPIMEDIUM est plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor scilicet petalis B, tubulatis constante: ex cujus calyce C, surgit pistillum D, quod deinde abit in fructum seu siliquam E unicapsularem, bivalvem E, & seminibus fœtam.

Epimedii species unica hactenus cognita.

Epimedium Dod. Pempt. 599. *Epimedium quorumdam J. B.* 2. 395.

---

## SECTIO VII.

De Herbis flore cruciformi, cujus pistillum abit in fructum in terna aut quaterna loculamenta divisum.

## GENUS I.

*Erucago.*

Tab. 103. ERUCAGO est plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor scilicet petalis B, constante: ex cujus calyce C, surgit pistillum D, quod deinde abit in fructum E, clavæ cujusdam tetragonæ & cristatæ æmulum, in quaterna plerumque loculamenta F, divisum, seminibusque fœtum G, ut plurimùm subrotundis & rostratis.

Erucaginis species unica hactenus cognita.

Erucago segetum. *Erucâ Monspeliaca, siliquâ quadrangulâ, echinatâ C. B. Pin.* 99. *Sinapi echinatum Lugd.* 647. *J. B.* 2. 858.

---

## SECTIO VIII.

De Herbis flore cruciformi, cujus pistillum abit in plurima semina in capitulum collecta.

## GENUS I.

*Potamogeton.*

Tab. 103. POTAMOGETON est plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor scilicet petalis B, constante & calycis experte. Hujusautem pistillum C, abit in quatuor

tuor ſemina D, ut plurimùm oblonga E, & in capitulum quoddam collecta.

Potamogetonis ſpecies ſunt

Potamogeton rotundifolium C. B. Pin. 193. *Potamogeton rotundiori folio J. B.* 3. 770. *Potamogeton. Spicata Tabern. Icon.* 739.

Potamogeton longo, ſerrato folio C. B. Pin. 193. *Lapathum fluitans, longo, ſerrato folio J. B.* 2. 988. *Potamogeton altera Dod. Pempt.* 582. *Oxylapathum aquaticum Dalechampii Lugd.* 603.

Potamogeton Alpinum, Plantaginis folio. *Fontinalis lucens, major J.B.* 3. 777.

Potamogeton foliis latis, ſplendentibus C. B. Pin. 193. *Potamogeton altera Dodonæi J. B.* 3. 778. *Potamogeton tertia Dod. Pempt.* 582.

Potamogeton foliis criſpis, ſive Lactuca ranarum C. B. Pin. 193. *Fontinalis criſpa J. B.* 3. 778. *Tribulus aquaticus, minor, Quercus floribus Ger. emac.* 824.

Potamogeton foliis anguſtis & undulatis. *Tribulus aquaticus, minor, Muſcatellæ floribus Ger. emac.* 824.

Potamogeton minus, foliis denſis mucronatis, non ſerratis Bot. Monſp. *Fontinalis media, lucens J. B.* 3. 777.

Potamogeton ramoſum, angiſtifolium C. B. Pin. 193. *Prodr.* 101. *J. B.* 3. 778.

Potamogeton caule compreſſo, folio Graminis canini Raii Hiſt. 189.

Potamogeton puſillum, Gramineo folio, caule rotundo Raii Hiſt. 190.

Potamogeton floſculis ad foliorum nodos. *Millefolium aquaticum, floſculis ad foliorum nodos C. B. Pin.* 141. *Myriophyllum, aquaticum, minus Cluſ. Hiſt. cclij.*

Potamogeton foliis pennatis. *Millefolium aquaticum, pennatum, ſpicatum C. B. Prodr.* 73. *Millefolium pennatum, aquaticum J. B.* 3. 783.

Potamogeton à vocibus Græcis ποταμὸς, *Fluvius & γείτων vicinus.* Nomen enim (ut ait Dioſcorides) ex eo inditum eſt, quòd in paludibus & aquoſis locis naſcatur. *Lib. 4. cap. 101.*

---

## SECTIO IX.

### De Herbis flore cruciformi, cujus piſtillum abit in fructum mollem.

### GENUS I.

*Herba Paris.*

HERBA PARIS eſt plantæ genus, flore A, cruciformi, quatuor ſcilicet petalis B, conſtante: totidemque ſtaminibus C, plerumque donato. *Tab. 117.* Ex calyce autem D, ſurgit piſtillum E, quod deinde abit in fructum F, mollem, ferè globoſum, in quatuor loculamenta diviſum G, ſeminibuſque fœtum H, ut plurimùm oblongis.

Hujus generis unicam ſpeciem novi.

Herba Paris Dod. Pempt. 444. *J. B.* 3. 613. *Solanum quadrifolium, bacciferum C. B. Pin.* 167.